Wladislaus dei gratia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc. Rex Lithwanieque princeps Supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presentium quibus
expedit universis Quod nos revolventes mente tam sumptuosa et nobis gratissima meritorum obsequia que Maiestati nostre Magnificus Petrus Odrowansch de Sprowa pallatinus
Leopoliensis et Capitaneus Schamboriensis sincere nobis dilectus veniendo huc ad nos ad Regnum nostrum Hungarie predictum cum armorum gentibus et suorum Stipendariorum no-
tabili exercitu pro succursu nobis faciendo contra et adversus hostes nostros facta nostra impedire temptantes propriis suis impensis gratissime pegit ubi videre nos pro suis huiusmodi
gentibus et Stipendariis quos ad ipsa obsequia nostra conduxerat de Errario suo notabilem cumulum auri et argenti exposuit aliasque suas distribuit facultates Unde nos
pro tot et tantis impendiis serviciorumque suorum huiusmodi acceptissimorum exhibitionibus prefatum pallatinum cupientes facere consolatum et ipsa merita sua liberaliter compensare ut sic munere nostro
recreatus reddatur ipse promptior ad horum maiora obsequia nobis solito exhibenda Sibi suisque liberis et legittimis successoribus in et super Castro nostro Schamber in
Terra Russie sito, opidisque suis et villis omnibus ad ipsum Castrum pertinentibus quibuscumque censeantur vocabulis ac toto districtu Schamboriensi Tria Millia marcarum monete
et numeri Polonicalium quadraginta octo grossos in marca qualibet computando dedimus donavimus damusque donamus assignamus et inscribimus presentes per ipsum pallatinum
usque ad vitam suam cum omnibus dictorum Castri opidorum et villarum utilitatibus fructibus censibus Redditibus proventibus Curiis allodiis agris campis arvis pratis
pascuis silvis mericis nemoribus Borris Gays Rubetis, fluminibus lacubus fontibus piscaturis Stagnis paludibus Rivolis Torrentibus aquis et earum decursibus mallendinis
Emolumentis venacionibus aucupacionibus mellificiis etiam cum theoloneis et iuribus pobor dictis cum quibus tenet de presenti et qualitercumque obvencionibus universis ad ipsum Castrum
opidaque et villas quolibet pertinentibus et que modo in dictis bonis sunt aut eorum iura poterunt imposterum adaugeri nichil pro nobis reservando habendi tenendi usufru-
endi Regendi gubernandi et pacifice possidendi post cuius vite decursum etiam sui posteri et successores legittimi prescripta bona cum omnibus utilitatibus suprascriptis
habebunt tenebunt utifruentur et possidebunt, tamdiu quousque eisdem suis successoribus dicta tria Millia marcarum monete et numeri predictorum simul cum aliis summis pecuniarum
aliis nostris litteris inscriptis per nos vel successores nostros legittimos ad plenum fuerint persoluta quibus exsolutis dictorum Castri opidorum et villarum et tocius districtus possessio
ad nos et successores nostros revertetur pleno Iure Preterea volentes prefatum pallatinum ampliori prosequi gratia et favore sibi solutionem Stacionum nostrarum de tota tenuta
sua predicta relaxamus, dum videlicet aliquo annorum ibidem personaliter non constituemur postquam vero ibidem personaliter venire nos contingat tunc soluta huiusmodi Stacionum nostrarum nece-
ssaria nobis ministrabit aut etiam dum ad aliquem locum de ipsa ibidem descendemus tunc etiam ipsa Stacionum nostrarum necessaria consueta per homines sue predicte tenute
nobis adduci et ministrare procurabit In cuius rei testimonium Sigilla nostra mediocre et minus presentibus sunt appensa Datum Bude die dominico ipso festo sancti Iohannis
Baptiste Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo Secundo.

Ad relacionem magistri petri de
Szekerem R p vicecan



Wladislaus Dei gratia Hungarie Polonie Dalmatie Croatie etc. Rex Lithwanieque princeps Supremus et Heres Russie etc. Significamus tenore presentium quibus
expedit universis Quod nos revolventes mente tam sumptuosa et nobis gratissima meritorum obsequia que maiestati nostre Magnificus Petrus Odrowansch de Sprowa pallatinus
Leopoliensis et Capitaneus Schamboriensis sincere nobis dilectus veniendo hic ad nos ad Regnum nostrum Hungarie predictum cum armorum gentibus et suorum Stipendariorum no-
tabili excitu pro succursu nobis faciendo contra et adversus hostes nostros facta nostra impedire temptantes propriis suis impensis gratissime peregit ubi videre nostros pro fine huiusmodi
gentibus et Stipendariis quos ad ipsa obsequia nostra conduxerat de Errario suo notabilem cumulum auri et argenti exposuit aliasque suas distribuit facultates Unde nos
pro tot et tantis impendiis servitiorumque suorum huiusmodi acceptissimorum exhibitionibus prefatum pallatinum cupientes facere consolatum et ipsa merita sua liberaliter compensare ut sic munere nostro
retreatus reddatur ipse promptior ad horum maiora obsequia nobis solito exhibenda Sibi suisque liberis et legittimis successoribus in et super Castro nostro Schambor in
Terra Russie sito, opidisque suis et villis omnibus ad ipsum Castrum pertinentibus quibuscumque censeantur vocabulis ac toto districtu Schamboriensi Tria milia marcarum monete
et numeri Polonicalium quadraginta octo grossos in marca qualibet computando dedimus donavimus damusque donamus assignamus et inscribimus presentes per ipsum pallatinum
usque ad vitam suam cum omnibus dictorum Castri opidorum et villarum Utilitatibus fructibus Censibus Redditibus proventibus curiis allodiis agris campis arvis pratis
pascuis silvis mericis nemoribus Borris Barris Rubetis, fluviis lacubus fenis Piscaturis Stangnis paludibus Rivolis torrentibus aquis et earum decursibus Mallendinis
Emolumentis venationibus aucupationibus Mellificiis etiam cum Theloneis et fumalibus pobor dictis cum quibus tenet de presenti et generaliter cum obvenientibus universis ad ipsum Castrum
opidaque et villas quomodolibet pertinentibus et que modo in dictis bonis sunt aut eorum cura poterunt imposterum adaugeri nichil pro nobis reservantes habendi tenendi possi-
dendi Regendi gubernandi et pacifice possidendi post cursum vite decursum etiam sui posteri et successores legittimi prescripta bona cum omnibus utilitatibus superius descriptis
habebunt tenebunt utifruentur et possidebunt, tamdiu quousque eisdem suis successoribus dicta tria milia marcarum monete et numeri predictorum simul cum aliis summis pecuniarum
aliis nostris literis inscriptis per nos vel successores nostros legittimos ad plenum fuerint persoluta quibus exsolutis dictorum Castri opidorum et villarum et totius districtus possessio
ad nos et successores nostros revertetur pleno iure Preterea volentes prefatum pallatinum ampliori prosequi gratia et favore sibi solutionem Stationum nostrarum de tota terra
sua predicta relaxavimus, Quod ubi aliquo annorum ibidem personaliter non constituemur postquam vero ibidem personaliter venire nos contingat tunc soluta huiusmodi Stationum nostrarum nece-
ssaria nobis ministrabit Aut etiam dum ad aliquem locum de ipsis ibidem descendemus tunc etiam ipsa Stationum nostrarum necessaria consueta per homines sue predicte terre
nobis adduci et ministrare procurabit In cuius rei testimonium [illegible] post festa Sancti Johannis
[illegible] Anno domini Millesimo [illegible]

lecta per Albert de Zichlin
R p vicecancellarium

R. 51



IIII

1442

Super stacione

In toto districtu Samboriensi tria miliaria marcalia — 2 8 Nona

Istud bene omnem ambiguitatem Allexander Rex declaravit specialibus suis literis que bene sunt signate numero 2

Wladislai regis super summa ... Petro Odrowasz palatino Leopoliensi in castro Sambor, oppidis et villis omnibus, theloneis, ... data et inscripta et ~~stacione~~ stacione districtus Samboriensis ... 1442 Bude de ... in festo S. Katherine

Krol

Rubr. Russie No 176 ... in libro